2. Missa votiv. Solemn. de SS. Sacram. pro adorat. XL. Horar. cani non potest, nisi expositio diu noctuque jugiter perduret. Decr. 12 Sept. 1840 ad 6.

XXX.

De Missa in Altari, ubi est exposit. SS. Sacram.

Statim ac Sacerdos Præsbiterium ingreditur aliquantulum consistens caput detegit, deinde utroque genu flectit in plano cum profunda etiam capitis inclinatione quando primum accedit ad Altare, et cum ab eo recedit in fine Missæ. Alias genuflexiones facit unico genu, et toties genuflectit quoties ad me-

dium Altar. accedit, vel ab eo recedit: ita tamen, ut genuflexio in accessu sit prima actio, et in recessu sit ultima. In prima ablutione digitorum debet Sacerdos descendere in cornu Epistolæ, et se vertere ad populum. Secunda ablutio fit more solito. Dicens *Dominus vobisc.* se vertat ad populum in cornu Evang. ne terga vertat ad Sacramentum. Item *Orate fratres* dicitur sicut *Dominus vobisc.* non perficiendo circulum: et data benedictione in cornu Evang. non perficit circulum, nec redit in medium, nec genuflectit, sed vertit se ad latus Evang., dicens *Dominus vobis.* non signat Altare, sed tabellam. Si intra Missam ministratur SS. Eucharistia Celebrans dum dicit *Misereatur vestri* etc. stet in cornu Evang. ne terga vertat SS. Sacram., sed cum dicit *Ecce Agnus Dei* etc. in medio vertat humeros ad Altare more solito. Insuper si ministretur extra Missam fit ut supra, et cum dat benedictionem, stet in cornu Evang.

XXXI.

De Missa in aliena Ecclesia.

1. Si quis Sacerdos celebret in aliena Eccles. in paritate coloris quamvis ritus sit diversus concordare debet cum Offic. ab ipso recitato, quo in casu si Missa, aut orat. pr. in Missali non adsint, sument. ex Communi, Evang. autem quantum fieri potest semper respondere debet Evang. Offic. In casu diversi color. et solemnitat. Mis. concordare deb. cum Offic. illius Eccles. in qua celebrat, etiamsi Sacerdos habeat Offic. d. 2. vel 1. cl. Nomine *Solemnitat.* venit tum quælibet *Solemnitas extrinsica*, tum *quodlibet Offic. solemne Defunctor.* S. R. C. 12 Nov. 1831 ad 31, et 4 Mart. 1866.

2. Sacerdos habens Offic. ritus dupl. et celebrans in Eccles. ut fit de semidupl. non potest dicere Mis. votiv. neque de Requie (excepto casu *Solemnitat.* ut supr.) S. R. C. 7 Maj. 1746 ad 13, 7 Sept. 1816 ad 20, ac 16 Dec. 1828 ad 6.

3. Sacerdos habens Offic. de semidupl. celebrans in Eccles. in qua recitat. Offic. de dupl. non potest dicere Mis. de Req. S. R. C. 9 Jul. 1668.

4. Sacerdos habens Offic. de semidupl. celebrans in aliena Eccles. ubi fit de dupl. potest dicere Mis. votiv. dummodo cum colore illius Eccl. concordet. Ex Regula gener. pro Mis. votiv.

5. Si in aliqua Eccles. vel publico Orator. certe sciatur non celebrari illo die alia Mis. cum colore Kalendar. loci, tunc Sacerdos alienigena dicere deb. pr. Mis. cujuscumq. sit color. (minime vero de Beatis).

6. Sacerdos Parochi supplens vicem festis diebus legere debet Missam Parochial. pro populo cum colore respondenti Offic. illius Eccles. in qua celebrat. S. R. C. 23 Maj. 1846 ad V.

7. Idem quando Sacrum facit cum cantu. S. R. C. 15 Dec. 1691.

XXXII.

De Missa in Ecclesiis Sanctimonialium.

1. Sacerdos celebrans in Eccles. Sanctimonialium in paritate color. debet celebrare Mis. respondent. Offic. propr. (excepto casu Solemnitat. ut supr.) in disparitate color. dic. Missam respondentem Offic. Monialium, attamen cum Missali Romano, si non adsit Indultum celebrandi Mis. propr. suorum Missalium.

2. In Eccles. Monialium (vel aliis, quib. Chori obligatio adnexa est) quilibet Sacerdos juxta alias Decreta deb. celebrare Mis. Conventual. Offic. Monialium respondentem. S. R. C. 7 Dec. 1844, n. 4859.

XXXIII.

De Sacerdot. sæcular. etc. celeb. in nost. Ecclesiis.

Ex Decr. Pii VI. 12 Jul. 1775, et 27 Jun. 1871. Quilibet Sacerdos sæcularis vel Regular. in Ecclesiis Capuccinorum, et Monialium ejusd. Ordinis libere ac licite uti potest nostris Missalib. et dicere Missas de nostris Sanctis ac Beatis. Ergo in disparitate coloris debet celebrare Missam juxta nostrum Kalendarium.

XXXIV.

De Missa Sacerdotis cæcutientis.

1. Sacerdos cæcutiens munitus privilegio celebrandi Mis. votiv. B. M. V. ex Dec. 12 April. 1823 semper dicere potest Mis. vot. a Pent. ad Advent. vel assignatam secundum tempus

(etiam in Fest. B. M. V. S. R. C. 11 Sept. 1847). Quod si legat semper illam a Pent. ad Adv. congruit ut ab Advent. ad Nativ. loco ℣. *Post Partum* dic. ℣. *Ave Maria* etc. et a Septuag. ad Pascha post Gradual. omis. *All.* et ℣. seq. dic. Tract. *Gaude*, et a Pasch. ad Sab. ante Dom. SS. Trinit. incl. dic. Miss. a Pascha ad Pent. cum Ev. *Loquente Jesu.* Semper in colore albo cum Ps. *Judica* et ℣. *Glor. Patri* etiam tempore Passion. 2. or. Spir. S. 3. Eccl. vel pro Pp. (sine Collect.) sine *Glor.* except. Sab. et sine *Cr.* etiam in Dom. etc. Præf. *Et te in Veneratione, Benedicam. Dno*, in Sab. *Ite Mis est*, quib. ℣℣. infr. Oct. Pasch. non addat. *All.* ult. Ev. S. Joan. In Nat. Dni non potest dic. tres Mis. S. R. C. 11 Apr. 1840. In dieb. non vetitis potest dic. Mis. Defunt.

2. Præsbiter assistens Sacerdoti cœco in peragendo Sacro, supra Cottam potest Stolam induere a consecratione ad consummationem.

XXXV.

De Sacerdote assist. Missæ novi Sacerdotis.

Sacerdos assistens Missæ novi Sacerdotis indutus sit Cotta tant. sine Stola, ex nullo enim capite Præsbitero assistenti, ut cæremoniar. Magistro usus Stolæ tunc competit, nec decet, ut Sacerdos Stola indutus assistat alteri Sacerdoti, cum nec Episcopo quidem assistat. Gavant. lib. 1. cap. 6. et Merat. ac Rubricistæ communiter, et consuetudo tamquam abusus eliminanda est.

XXXVI.

De Missa Solemni.

In Missa Solemni cum non assistant Diaconi et Subdiaconi parati, spectat soli Sacerdoti Celebranti Calicem detegere et in illum vinum et aquam infundere, ex plur. Decret. S. R. C. et Cærem. Ord. N. pag. 163, n. 27.

XXXVII.

De Oratorio publico.

Oratorium esse publicum probatur 1.° ab admissione plurium personarum ad audiend. Mis. 2.° a porta correspondenti

viæ publicæ. 3.° a janua in interiori atrio, seu cortili. 4.° si aditus ipsi detur etiam per scalas, porticum, viculum aut ædem privatorum, ex Decr. S. Congr. Episc. et Regular. in Ostunen. 20 Mart. 1698, et S. Congr. Concil. in Campsana 31 Maj. 1704, et 8 Aug. 1705, et ex Decisione Sacræ Rotæ. Vide Ferrar. Oratorium n. 8. Demum per Dec. S. R. C. 21 Jul. 1855 ad 3 vocatur publicum Orator. illud, quod alicujus Collegii commoditati destinatur.

XXXVIII.

De Oratorio privato.

1. Indultum Apostolicum celebrandi Mis. in Oratoriis privatis intelligitur principaliter concessum iis tant. quibus Breve dirigitur, nimirum personis illis, quæ a tergo ejusdem Brevis proprio nomine nuncupantur; adeo ut sine præsentia alicujus ex dictis personis minime liceat Missæ sacrificium peragi, etiamsi præsens sit aliquis ex filiis, vel consanguineis etc. ex Decr. Benedict. XIV. 7 Jan. 1741.

2. In Oratorio privato seu domestico Missa semper concordare deb. cum Offic. a Celebrante recitato licet sit de Beato non inserto in Martyrolog. Romano (ut dictum est in init. Kalendar.) S. R. C. 12 Nov. 1831, et 16 April. 1853. Diebus a Rubric. permiss. dici potest M. votiv. et Defunct.

XXXIX.

De genuflexione præstanda ab Acolythis.

Diaconus et Subdiac. (et eo magis Acolythi) hinc inde assistentes Celebranti dum incensat etc. semper, etiam in Exequiis circa tumulum, cum transeunt ante Crucem genuflectere deb. licet in Altari non adsit SS. Sacram. Ex Rubr. Missal. de ritu celebr, Tit. IV. n. 7.

XL.

De intorticiis in Missa Solemni.

In Missa Solemni ad finem Præfat. (minime in initio) accenduntur duo saltem intorticia, quæ extinguuntur post elevation. Calicis (ita in Mis. Pontificali) nisi aliqui sint communi-

candi, tunc extinguuntur post Communion. In Missa pro Defunct. tenent. accensæ usque ad Commun. Rubrica Missal. De ritu Tit. VIII. n. 8, et praxis omn. Eccles. Apud nos portantur duo intorticia ad Ev. Quoad Mis. Nativ. Dni vide Cærem. Ord. N. pag. 42, n. 10.

XLI.

De Planetis plicatis.

Quoties Celebrans super albam in Stola sine Pluviali functionem peragit, Ministri abstinebunt a Planetis plicatis. Cavalieri ubi tractat de benedict. Palmarum. In Cathedralib. et Collegiat. ac in Eccles. Regular. insignib. adhibendæ sunt Planetæ plicatæ. S. R. C. 16 Jun. 1663 ad 5, et 13 Jun. 1671, et Rubr. Missal. Tit. XIX. de qualit. Parament. n. 6, 7 ac Merati Part. IV. Tit. 1. n. 4.

XLII.

De Oratione *A cunctis*.

In or. *A cunctis* post invocat. B. M. V. ante quoscumq. Ss. Patron. (except. Angelis et S. Jo. Bapt.) addat. S. Joseph per hæc verba, *cum B. Joseph* et *beat. Apost.* etc. et ad litter. N. nominandus est Titularis Eccles. in qua celebratur, si vero nominatus est vel nominari non deb. nempe si sit SS. Trin. SS. Redempt. B. M. V. etc. tunc amittenda est nova nominatio, nec potest nominari S. P. N. Fr. S. R. C. 12 Nov. 1831, ad 31, et 16 Apr. 1853 ad 19.

XLIII.

De 3. Orat. ad libitum.

Pro 3. or. ad libit. dici potest de Sancto, SS. Sacram., Passione, Cruce etc. quorum Missa votiv. permittitur S. R. C. 2 Sept. 1741 ad 6, minime vero Collecta, quæ dici deb. 4. loco. Cavendum ne in Mis. Conventuali dic. pro seipso. Gavant. Bissius, aliique. In or. quæ eligitur si vox occur. *annua, hodie* omit. et vox *Natalitia, Festiv. Solemn.* mutatur in *Memoria*, aut *Commemorat.*

XLIV.

De Orat. in Mis. de Semidupl. Votiv. etc.

In Missis priv. de Semidupl. votiv. et de Fer. non privil. (iis dieb. quib. Mis. Defunct. dici potest) post orat. assignat. addi potest pænultimo loco or. pro defuncto v. gr. *Inclina,* vel pro *Patre* etc. S. R. C. 2 Dec. 1684 ad 6. In Mis. tant. defunct. orat. debent esse impares.

XLV.

De nulla re ponenda super Calicem.

Sacerdos non debet deferre super Calicem nec clavem Sacrarii, nec Patenam cum Hostiis, neque rem aliam. Decr. 1. Sept. 1703.

XLVI.

De Tintinnabulo.

Vetita ejusdem pulsatio in Missis privatis, quoties vel canitur Mis. vel Offic. solemne, et quando in Ecclesia fit aliqua Processio, ac durante Expositione SS. Sacramenti.

XLVII.

De Symbolo.

Regulares in festis principalib. suorum Ordinum et maxime Fundatoris possunt addere *Credo* in Missa celebranda extra propr. Eccles. S. R. C. 18 Dec. 1779 ad 7 et 11 Apr. 1840 ad 6, sed omitti deb. si sit dicendum in propr. Eccl. ratione Corpor. vel Reliquiæ.

XLVIII.

De osculo Missal., et verb. *Per Evang. dicta.*

Osculandum non est principium Evangelii, quia recitari non debent *Per Evang. dicta* in Mis. defunct. ex Rubr. Missal. Tit. VI. n. 2. de ritu in celebr. Missæ, et ex Decr. 11 Sept. 1847. Idem servandum cum celebratur Missa coram Episcopo etc.

XLIX.

De administrat. SS. Eucharistiæ in Mis. Def.

1. Ex Decr. gener. S. R. C. 23 Jul. 1869. In Mis. Def. cum col. nigro potest ministrari SS. Euchar. etiam ex particulis præconsecrat. extrahendo Pyxidem. Idem immediate post Missam, et data rationabili causa, immediate etiam ante eamd. Missam. In utroque casu omitti debet benedictio.

2. Color viol. adhiberi deb. tant. 2 Nov. ubi expositum est SS. Sacram. pro oratione XL. Horar. Decr. 16 Sept. 1801.

L.

De administratione SS. Eucharistiæ extra Missam.

In administratione SS. Eucharist. extra Mis. (ex Rituali Romano, lotis prius manib.) Stola adhibenda est eo colore, qui Offic. diei congruit. S. R. C. 12 Mart. 1836 ad 13, et post ℣. *Panem* etc. omnino die. ℣℣. *Domine exaudi* etc. et *Dominus vobisc.* Decr. 24 Sept. 1842, et or. conclud. per verba, *Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.* Decr. 29 Mart. 1851 in Veron. Ante benediction. Altare non est osculand. Decr. 16 Mart. 1833.

Si pro commun. fidelium non sufficiat numer. Hostiar. poterunt aliquot in plures partes dividi si adsit necessitas. S. R. C. 16 Mart. 1833.

LI.

De Expositione SS. Sacramenti.

1. Præter consuetas, usuque receptas SS. Sacram. Expositiones in Ecclesiis Regularium fieri non possunt extraordinariæ absque Episcopi licentia, ex Decr. 31 Martii 1821, adprobato a Pio VII. 3 Apr. ejusd. anni.

2. Pro privata Expositione non requiritur Ordinarii licentia. Privata ea est quoties Sacrament. exponitur velatum patentib. etiam Eccles. januis. Privata alia est mere privata, quæ fit ostiolo Tabernaculi aperto patente velata Pyxide, quin Pyxis extrahatur, et in hac populus non est benedicendus.

S. R. C. 31 Mart. 1742. Hujusmodi mos generatim improbatur. Alia est semipublica, quæ fit cum Pyxidis velatæ extractione; in hac benedicendus est populus cum Pyxide velata (ut infra n. 4) signo Crucis super populum producto.

3. Sacra Pyxis non collocetur in Trono. Decr. 23 Maj. 1835

4. Quoties cum sacra Pyxide populus benedicitur, illa hinc inde utraque veli humeralis extremitate est cooperienda. S. R. C. 24 Febr. 1839.

5. In actu benedictionis nihil omnino recitari vel cani permittitur, sed statim post benedictionem, pius aliquis concinari potest versiculus, patrio licet idiomate. Decr. 3 Aug. 1839.

6. Item in actu benedict. thurificatio non est præscripta, fieri tamen potest, ubi adest consuetudo. Decr. 7 Sept. 1861 ad 7.

LII.

De duplici modo bened. popul. cum SS. Sacram.

1. Primus modus: cum Sacerdos stat ante popul. Ostensorium ante pectus tenet, tum elevat illud decenti mora usq. ad oculos, et eod. modo illud dimittit infra pectus, mox iterum illud attollit usq. ad pectus, et deinde ad sinistrum humerum ducit. et reducit ad dexterum; et rursus ante pectus reducit in medio Altar. ibique aliquantulum sistit (quasi peracta ad omnes mundi partes cruce, eam etiam venerandam omnibus præbeat); tunc gyrum perficiens, collocat Ostensorium super Altare (hic modus approbatus fuit a S. R. C.)

2. Secundus modus est dispositus in Cærem. Episc. lib. 2. cap. 33, conformis Rituali Romano Tit. de Proces. in festo Corp. Christi: in hoc requiritur tant. ut cum eod. SS. Sacram. Celebrans producat Crucis signum super popul. S. R. C. 21 Mart. 1676. n. 2624 ad 2. (secundus præferendus est dummodo non sit contraria consuetudo.)

LIII.

De incensatione Hostiæ, etc.

Thuriferarius in cornu Epist. genuflexus SS. Sacram. incensat triplici ductu pro unaquaq. Elevatione, scilicet 1.° in-

censat unico ductu cum inclinatione profunda ante et post quando Celebrans adorat Hostiam in 1.ª genuflexione: 2.º incensat altero ductu quando elevatur Hostia: denique incensat tertio ductu quando genuflectit in adoratione Hostiæ. Ita Gavant. et Merati (minime vero ut vulgo dic. tre da due, due da due, quia tre da due sunt sex ductus, non tres plane contra Rubr.)

LIV.

De genuflexione prestanda SS. Sacramento.

Interrogata S. R. C. quando genuflexio, quæ fit coram SS. Sacram. exposito, etiam in patenti Pyxide tam in Mis., quam in Orat. XL. Horar. ceterisq. function. fieri debeat *uno genu*, et quando *utroq. genu* tum a Celebrante, tum a Ministris, vel alio qui exponit et reponit: Sub die 12 Nov. 1831 ad 53, respondit: in accessu, et recessu *utroq. genu*, intra Mis. *unico genu:* pro reliquis function. consulantur Rubricistæ. Sententia probabilior et communior Rubricistarum est, quod genuflexio facienda sit *unico genu* (except. accessu, et recessu ac transitu ante Altare).

LV.

De genuflexione in plano solo.

Cæremoniale Episc. lib. 1. cap. 5. n. 5. præcipit ut Episcopus genuflectat in plano solo absque pulvino ob reverentiam SS. Corpor. Christi. Si hoc præcipitur Episcopo, a fortiori Sacerdotes Episcopo inferiores in accessu et recessu ab Altari, et antequam incipiant Missam genuflectant in plano solo, minime vero super gradinum.

LVI.

De Processione SS. Sacramenti.

1. In Processione SS. Sacramenti, quæ fit per Eccles. incedentes ante SS. Sac. in occursu et transitu a latere Ejusd. debent genuflect. *unico genu*. In Processione Candel. et Palmar. si pulsetur campanula ad elevation. Hostiæ vel Calicis in Mis. priv. tunc genuflect. *unico genu* a transeuntib. ante Altare, et

deposito Sacramento progredendum est. S. R. C. 1 Mart. 1681 ad 8 et 9.

2. In processione SS. Sacram. Celebrans non cantat, sed submissa voce cum Ministris recit. *Pange ling.* Hymn. et Ps. quos prius incip. dicendo solus prim. versum, et Ministri secund. (ex Cærem. Episc.) except. locis ubi pauci sunt cantores.

3. Gestantes intorticia procedere debent omnes immediate ante (non post) Baldachinum.

4. Sacerdos celebratur. Mis. si transeat ante Altare, in quo est publice exposit. SS. Sacram. licet sit in patenti Pyxide clausa genuflect. utroq. genu capite velato, dein eo detecto Sacrament. adoret profunda inclin. et antequam surgat caput cooperiat. Decr. 24 Jul. 1638. Transiens ante SS. Cruc. etc. expositam flectat unico genu capite cooperto si deferat Calicem. Decr. 7 Maji 1746.

5. Si transeat ante Altare, in quo fit elevatio Hostiæ genufl. utroq. genu etc. ut supra n. 3. nec ante surgat quam Celebrans deposuerit Calicem super Corporale.

6. Transiens ante Altare, ubi fit populi communio non debet manere genuflexus donec et quousque terminetur communio. S. R. C. 5 Jul. 1698.

7. Si antequam Sacerdos Missam incipiat, elevetur in alio Altari Eucharistia dum accomodat Calicem aut requirit Mis. prosequatur quæ perigit, deinde descendens ad planum utrumque genu flectat in infimo gradu, si depositus nondum fuerit Calix, et item genuflectat utroq. genu in eod. infimo gradu, si nondum inchoato: *In nomine Patris* dum descendit ab Altari elevetur Hostia etc. nec surgat, nisi deposito Calice. Merati etc.

LVII.

De Purificatione Pyxidis.

Pyxis purificabitur ante Calicis purificationem, collectis nimirum in ejus fundo fragmentis omnib. diligentissime cum indice dexteræ manus, et cum eod. indice sumi poterunt admoto eodem linguæ, vel ad labium Pyxidis fragmentis deductis, et ore iidem admoto, ita ut nullum remaneat fragmentum, deinde infundatur paululum vini, quo circumacto intra Pyxidem, et tergente indice, tota pars interior abstergatur, et

vinum infundatur in Calice, dein exsiccabitur Pyxis undequaque purificatorio, reliqua fiunt de more pro Calicis purificatione. Ita Gavant. in Merat. in fol. T. 1. Part. 11. Tit. X. ante num. XXXII. ad signum * pag. 250.

LVIII.

De benedictione extra Missam.

1. In omni benedictione extra Mis. ex Rit. Rom. adhibenda est Stola coloris Officio conformis, nisi aliter notetur in Missali et Rituali, exceptis *benedictionib.* cum exorcismis, in quib. adhibendus est color viol.

2. Benedictio populo impertiri potest a simplici Sacerdote post Vesperas, Litanias, aliasve preces per verba *Benedictio Dei* etc. sed non est osculandum Altare.

LIX.

De incensatione Imagin. et Reliq. B. M. V. etc.

Imago B. M. V. etiam extra Mis. (idem dic. de Ejusd. et Ss. Reliq.) thurificanda est duplici ductu. S. R. C. 28 Jul. 1789. Extra Missam, et Vesp. omit. thurificatio Crucis.

LX.

De incensatione Crucis, Reliq. et Celebrant. etc.

Facta Cruci inclinatione Celebrans ter æquali ductu incensat. Crucem: post unamquamque incensationem tantillum quiescens, ita ut distinguantur eas incensationes esse tres; quibus finitis iterum Cruci profunde inclinat genuflectentibus Ministris. Gavant. et Merat.

LXI.

De Cruce in Altari.

Tempore Sacrificii super Altare sit Crux cum Redemptoris effigie, excepto casu, quo in Altaris tabula adsit Crucifixi

imago vel sculpta, vel picta principem in ea locum obtinens. Cærem. Ep. lib. I. cap. XIII. n. XI., et Benedict. XIV. 16 Jul. 1746. Sacramento patenter exposito quoad Crucis collocationem Sacrificii tempore servetur Ecclesiar. consuetudo. Benedict. XIV. loco citato. Missa celebrari non potest in Altari, ubi exigua Crux minori tabulæ defixa fidelib. exhibetur, sed Crucifixus inter candelabra ita promineat, ut Sacerdos et populus eumdem Crucifixum facile et commode intueri possint. Benedict. XIV. Const. XVII. T. 2. Bullar.

LXII.

De Solemnitate Sancti, cuj. transf. Offic.

1. Solemnitas Festi fieri deb. die, quo cadit licet transferatur Offic. S. R. C. 15 Sept. 1668 ad 10. Ergo exponatur Reliquia die propr. v. gr. 24 Apr. 18 Maji, etc. licet sit dies Pasch. vel Pent. excepto tant. triduo ult. Maj. Hebdom. et dic. Missa Convent. cum colore correspond. Offic. et incenso etc. et post Complet. more solito.

2. In Altari præter lampad. semper super Altare ardeant duæ saltem candelæ.

LXIII.

De Officio quoad Capuccinos viatores.

Religiosus Ordin. min. S. Francisci Capuccinorum in itinere sequi debet Officii ordinem Cœnobii ex quo discessit: dum pervenit et manet in altero Cœnobio, etsi ad tempus, hujus ordinem Offic. sequatur. Tempore Quadragesimæ Verbi Dei Præcones commorantes extra Cœnobium se conformare debent ad Provinciæ Kalendarium sine ulla diversitate pro omnibus quolibet anno extensum. S. R. C. 31 Aug. 1839 in una Ordin. Capuc. n. 4728.

LXIV.

De precibus fer. et Antiph. B. M. V.

Preces feriales, et Ant. final. B. M. V. flexis gen. in Choro tant. S. R. C. 12 Nov. 1831 ad 44.

LXV.

De conclusione Orationum.

Per Dominum dicas cum Patrem, præsbyter, oras.
Cum Christum memoras *per eumdem* dicere debes.
Cum Christum loqueris, *Qui vivis*, dicere quæras.
Qui tecum si sit collectæ finis in illo.
Et si Spiritus Almus, *Ejusdem* dicere debes.

LXVI.

De omittenda Ant. final. B. M. V.

Antiphona finalis B. M. V. omit. tant. si statim subsequatur Mis. Convent. vel alia Mis. tam pro vivis, quam pro Def. ad cujus adsistentiam tenentur Chorales. Decr. 24 Maj. 1856. Item omit. si subsequatur Offic. diei Offic. Def. Ps. Pœnitent. aut Litanias. Post Complet. semper dic. Rubr. Brev. Tit. 36. n. 3.

LXVII.

In *Confiteor*, de verb. *vobis*, *vos*, etc.

Quando duo vel plures Offic. privatim recitant ad Confiteor possunt et non debent omittere verba *vobis*, *fratres*, et *vos fratres*, *misereatur tui*, et *misereatur vestri*, sicut quando unus tant. illud recitat. Eod. Decr. ad Dub. 42.

LXVIII.

De lectione Vigiliæ in Martyrologio.

Vigiliæ Sanctorum semper in Martyr. 1. loco pronuntiantur, ut patet in eod. Martyrol. Romano et translata Vigil. in Sab. non anticipatur lect. Vigil. in Martyrol. licet anticipetur Offic. vel Com.

LXIX.

De variis Indulgentiis.

1. Quando enunciatur *Indulgentia plenaria quotidiana atque perpetua pro visitantibus aliquam determinatam Ecclesiam, et sub datis conditionibus:* sensus est, quod quilibet possit illam

lucrari die quo vult, sed semel tant. in anno. Ita ex Secretaria Brevium mense Januario 1866.

De Coronis ex vitro seu crystallo confectis.

2. Applicari possunt Indulg. Coronis ex vitro seu crystallo confectis dummodo globuli sint ex vitro solido et compacto. S. C. Indulg. 29 Feb. 1820, et 21 Maj. 1856.

De Indulgent. 6 *Pater, Ave, Gloria.*

3. Indulgentia illa specialissima, vulgo della *Perdonanza* Religiosis a Leone X. concessa et a Pio IX. confirmata, omnes Indulgentias Terræ Sanctæ, Romæ, Assisii, et Compostellæ comprehendens acquiri potest toties quoties in quocumq. loco, nec requiritur Confessio, nec Communio: satis est esse in statu gratiæ, sed non sufficiunt 5 *Pater, Ave, Glor.* (ut illa 60 annorum communis) sed necessario requiritur 6 *Pater, Ave, Glor.* ut patet ex Decr. Pii Pp. IX. 14 Apr. 1856.

De Indulgent. quoad Coronas, Cruces, etc.

4. Indulgentiæ adnexæ Coronis S. Birgittæ ex concessione Summorum Pontif. nunc applicari possunt Coronis, sive istæ ex quinque, vel quindecim etc. decadibus constent. Hoc etiam patet ex Brevi, qui datur petentibus facultatem benedicendi Coronas. In Brevi legitur... nec non Coronas precatorias cum applicatione Indulgentiarum S. Birgittæ nuncupatarum... benedicere possis.

Ad Indulgent. applicand. Crucib. Coronis etc. sufficit signum Crucis factum a Sacerdote, qui hanc facultatem accipit. S. C. Indulg. 11 Apr. 1840.

De Indulgentia Viæ Crucis.

5. Ad lucrandam Indulgent. pro visitatione 14 Stationum Viæ Crucis requiritur tant. meditatio Passionis D. N. J. C. se conferens ex una ad aliam Stationem, si multitudo personarum vel capacitas loci id permittat. Hinc est quod *Adoramus, Pater, Ave, Miserere, Stabat Mater* etc. sit tant. laudabilis consuetudo S. R. Indulg. 22 Sept. 1829.

De cessatione Indulgentiarum etc.

6. Indulgentiæ non cessant si Cruces vel tabulæ tollantur per mensem circiter pro murorum dealbatione, aliave de causa. Item non cessant si Cruces et tabulæ mutentur de loco ad locum, ut æquæ distent, et sit symmetricus ordo.

Cessant Indulgentiæ pereunte materia. S. C. Indulg. 21 Mart. 1836. Hinc perit Indulgent. si Crux seu Imago, cui est

affixa Indulg. ita frangatur, ut non amplius referat Speciem Crucis aut Imaginis. Non cessat si quod infractum est, maneat et adhuc referat speciem Crucis aut Imagin. aut partes fractæ, seu disjunctæ denuo copulentur, et compaginentur, nec perit si frangatur funiculus Coronæ, vel crucula penitus Coronæ, aut 4 vel 5 globuli deperdantur. S. C. Indulg. 10 Jan. 1839.

7. Nemo potest lucrari Indulgentiam, utendo Rosario, Medalio, Corona aut Cruce aliena. Sic decrevit Alexander VII. 6 Febr. 1657, et Innocentius XIII. 5 Jun. 1721, et ita communiter Doctores.

Della Benedizione Ponteficia agli Agonizzanti Religiosi.

8. La Benedizione Ponteficia di Benedetto XIV. si può dare ai Religiosi Cappuccini non solo dai Provinciali, Guardiani e Vicari, ma anche da qualunque Anziano che resti Superiore.

N. B. Solo in mancanza del Guardiano o Vicario (così fu espresso nel 1856) ma dopo le parole, *in Baptismate recepisti*, si devono usare le seguenti parole, *Et ego auctoritate Apostolica Ordini nostro concessa,* Indulgentiam etc.

LXX.

De altari privilegiato, et privilegio personali.

Ad lucrandam Indulgent. celebrari deb. Missa Defunctor. dieb. a Rubric. permissis. Si præfata Mis. non est a Rubrica permissa, Indulgentia lucratur per Missam de *festo currenti.* Per hanc Missam intelligitur, quod liberatur una tant. Anima, pro qua Missa applicatur. Ex Brevi Clementis Pp. XIII. 11 Nov. 1759.

LXXI.

De VIII. ℟.

Quando in ℟℟. post lect. * duplex reperitur Astericus, prima repetitio prosequi deb. a primo ad secundum Asteriscum, servatis verbis a secundo Asterisco ad versum usque pro secunda repetitione. Ex Decret. S. R. C.

LXXII.

De Benedictione Acquæ diebus Dominicis.

1. Ex Rubrica Missal. *Die Dominica, in Sacristia....... Sacerdos Missam celebraturus*, vel *alius....... Alba* vel *Cotta indutus*, cum *Stola* etc. ¶ Ex Ritual. Rom. *Dieb. Dominicis.., Sacerdos Cotta* et *Stola viol. indutus.* ¶ Ex Cærem. Ord. nostri pag. 306. *Singulis Dominicis in Sacristia* etc. ¶ et doctissimus Castellani dicit. Aquæ benedictæ renovationem singulis Domin. faciendam esse, ac propterea damnandam esse consuetudinem illarum Eccles. in quibus fit quidem aspersio, sed ex aqua diebus præcedent. benedicta plane contra Eccles. præceptum. ¶ Gavant. et Merat. Part. IV. T. XIX. pag. 494 in fol. dicunt quod de benedicenda aqua qualibet Dom. præceptum urget rigorosum, vide ibi etiam Canon. antiquis. et Rubricistas citat. ¶ In Kalendar. Capuc. Romæ 1873 leg. Juxta Rubr. Missal. et Ritual. et ad mysticam significationem servandam benedictio Aquæ peragenda est ipso die Domin. a Sacerdote celebraturo, vel alio etc.

2. Quoties fit Aqua benedicta non est necesse ut toties Sal exorcizetur, sed adhiberi potest Sal jam in hujusmodi functione exorcizatus, et in hunc usum reservatus. S. R. C. 8 Apr. 1713.

3. In aspersione Stola aptanda est ante pectus in modum Crucis, non vero ad utrumq. latus, pendens a collo. S. R. C. 30 Sept. 1679 ad 8. in una Ord. Capuc.



INDEX



